



Carl Friedrich Prehn

Dissertatio Inavgvralis Ivridica De Ivstis Limitibvs Beneficii Transmissionis Actorvm Secvndvm §. 399. Transactionis Novissimae Meclenbvrgicae Non Extendendis


Rostochii: Litteris Adlerianis, MDCCCII


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1005054002>


Druck Freier  Zugang  OCR-Volltext

RU jurist. 1802

Prehn, C. F.







DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE
IUSTIS LIMITIBVS BENEFICII
TRANSMISSIONIS ACTORVM

SECVNDVM §. 399.

TRANSACTIONIS NOVISSIMAE
MECLENBURGICAE

NON EXTENDENDIS

QVAM

AVCTORITATE ET CONSENSV
ILLVSTRIS IVRE CONSVLTORVM ORDINIS

IN
ACADEMIA ROSTOCHIENSI

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

RITE CAPESSENDIS

PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT

CAROLVS FRIDERICVS PREHN

IVD. SVR. CIV. ROST. PROC.

ROSTOCHII
LITTERIS ADLERIANIS
MDCCCII.

1802

DISSERTATIO IN ANATOMIA INVICI
DE
IVSTIS LIMITIBUS REINIBUS
TRANSMISSIONIS ACTORVM

SECUNDVM § 199
TRANSACTIOVIS NOVISSIMAE
MEDICINAE
NON EXTENSIBILIS

AVTORITATE ET CONSENSU
ILLVSTRIS IVRE CONSULTORVM ORDINIS

ACADEMIAE POSTORVM
SVMMIS IN VTRIQVE IVRE HONORIBVS

AVTORITATE ET CONSENSU
CAROLVS FRIDERICVS BRENNI

POSTORVM
LITTEAE AD RECTORVM

D O M I N O

PERILLVSTRI GENEROSISSIMO EXCELLENTISSIMO

D. IOANNI IACOBO PREHN

SERENISSIMI DVCIS MEGAPOLITANI

VICE DIRECTORI CANCELLARIAE IUSTITIAE

SVERINENSIS

PATRVO OMNI, QVA PAR EST, OBSERVANTIA IN PERPETVVM
COLENDO

HOC QVALECVNQVE SPECIMEN

IN

SVMMAE PIETATIS AC REVERENTIAE MEMORIAM

ET IN GRATISSIMAE OB INNUMERA

IN SE SVOSQVE COLLATA BENEFICIA MENTIS TESSERAM

D. D. D.

A V C T O R.

DE
IVSTITIS LIMITIBVS BENEFICII TRANSMISSIONIS
ACTORVM SECVNDVM §. 399. TRANSACTIONIS
NOVISSIMAE MECLENBVRGICAE NON
EXTENDENDIS.

§. I.

INSTITVTI RATIO.

Non defunt quidem peculiaria scripta de Transmissione Actorum, sed admodum rara sunt, et in paucis tantum bibliothecis inveniuntur; saltem non sine magna difficultate mihi ea comparare potui, et quaedam huc usque frustra desiderata sunt ¹⁾. Minime mirum igitur videri

¹⁾ Non illos hic recensbo, qui in systemate aut compendio de modo procedendi vulgo *Process*, aut qui de Responsis prudentum scripserunt, sed eos tantummodo enumerabo, qui in peculiaribus tractatibus de *transmissione Actorum* egerunt. Huc pertinent:

a) *Wern. Theod. Martini* diff. de Transmissione Actorum. Vitemb. 1670.

b) *Hen-*



videri debet, plurimos causarum patronos in hacce materia adeo peregrinos esse atque hospites, ut praeter numerum Academicarum, quas excipere licet, certe nil sciant. Solent enim teste celeberrimo quon-

b) *Henning Rennemann* tr. de Transmiss. Actor. Erf. 1670. a *Jo. Schmidelio* notis et animadvers. subitan. auctus una cum *Wunscbii* tr. de actis iudicial. Lips. 1705. (in Collect. Wetzlar. n. 6.)

c) *Jo. Henr. Heeser* tr. de actis iudicial. cum protoc. eorumque edit. ad Colleg. Jctorum transmissione et ex iisdem facienda relat. 1689. Wetzlar. 1729. (et in Coll. Wetzlar. n. 4.)

d) *Marz. Lange* de transmiss. Actor. secundum usum fori hodierni praesertim Saxonici. Lips. 1708.

e) *Fab. Jac. Reinhardt* diff. de transmiss. Actor. usu et abusu. Erf. 1716.

f) D. S. N. H. P. obs. iur. pract. de Academ. Germaniae in transmittend. Actis caute excipiendi. Lugd. 1722. et annot. illustrata. Ultraj. 1729. (in Coll. Wetzlar. n. 1.)

g) *Nicol. Henr. Gundling* diff. de transm. Actor. Legib. Imper. permissa ejusque repetitione. Hal. 1722. (in Eiusd. Exercitat. Academ. T. I. nr. XIV. p. 733. seqq. et in Coll. Wetzl. n. 3.)

h) *Jo. Jac. Moser* in diff. de transmiss. Actorum in genere deque nullo aut exiguo eiusd. in nonnullis provinciis vel causis. usu. Fref. 1729. (in *Eiusd.* select. jur. cum. publ. tum privati itemque ecclesiastici. Nr. VIII. p. 281. seqq. Totam quidem de Transmissione Actor. materiam XVII. capitibus pertractare et exhaustire sibi proposuerat Vir Celeberrimus, sed non nisi duo priora edidit mentemque mutans declaravit, se nunquam opus coeptum absoluturum esse, quum Collectanea huc pertinentia igne essent deleta, et magna ex parte non amplius ab ipso possent restitui.

i) Se-

quondam Cameræ Judicii Imperialis Assessore *de Ludolff* ²⁾ excipere collegia quaedam plerumque pro beneplacito mero, adeo ut si rationem reddere oporteret, dubium sit, an scituri sint sufficientem. — Quid? quod etiam interdum accidit, ut per modum pacti plures cauldici inter se conveniant, et omnes fere excipiant totius Germaniæ Academiæ, ita ut nulla supersit, quo Acta transmitti queat iudex ³⁾. Quis vero non quam maxime reprehendet eius-

i) *Selecti Tractatus Iuridici* de actis extrahendis, perlegend. referend. ac transmittend. diversorum cel. autorum etc. Wetzl. 1730.

k) *Tb. Geiger* diss. de transm. Actor. in foro Norico. Alt. 1731.

l) *Fridr. Gottl. Struve* diss. de commodis et incommod. Transm. Actor. Kil. 1744.

m) *Jo. Pet. de Ludewig* anerkannter Ursprung der Acten-Verfchickung an Universitäten, Schöppenstühlen und einzelne Doctores im Teutschen Reich. (in *Eiusd.* gel. Anzeigen. T. 1. n. 85.)

n) *Idem* von richterlichen Gutachten im Röm. und Teutschen Reich. (Praef. ad Tom. I. Consil. Halens.)

o) *Just. Henn. Boehmer* de more Jtor. antiquo et recent. de iure respond. et Reponfor. Collect. (Praef. ad *Eiusd.* Consult. et Decif. Jur. Tom. I.)

p) *Elsaesser* über den Geschäftsgang von der Verfendung der Acten an Rechts-Collegien etc. (im Anhang zu Danz Grundf. d. gem. und bürgerl. Procefs. 2. Edit.)

q) *Goenner* Handbuch des deutschen gem. Proc. etc. n. V. Erlang. 1801.

2) *Ge. Melch. de Ludolff.* Observ. for. Obsl. 160.

3) Quod nuperrime in hac ipsa nostra civitate a Defensoribus quorundam sociorum famosissimi tumultus factum esse, quis est, qui ignorat.



eiusmodi abusum. Quae cum ita sint, hocce argumentum prae aliis mihi placuit, eoque diligentiore meretur explanationem, quo certius est, saepissime *Transmissionem Actorum* multis querimoniis Ordinum Provincialium Megapolitanorum ansam dedisse. Nam certe neminem fugit, Delectum horum ordinum arctiorem — *der Engere Ausschuss von Ritter- und Landschaft der Herzogthümer Mecklenburg* — mox graviter conquestum esse *de creberrima ac perfrequenti Transmissione Actorum a Dicasteriis provincialibus facta* 4), mox autem idem hocce Collegium repraesentativum coarctasse *denegationem Transmissionis Actorum* 5). Quamobrem diu multumque Dicasteria inter et Ordines provinciales magna contentione decertatum est, *an Transmissio Actorum praesertim ad preces unius alteriusve litigantis secundum Iura patria nunquam a Iudice queat denegari, sed potius indistincte sit concedenda?* Ab utraque parte ad §. 399. Transactionis novissimae Mecklenburgicae est provocatum. Periculum igitur faciam, verum huius Legis fundamentalis eruere sensum, iustosque secundum Ius patrium constituere Transmissionis Actorum limites.

§. II.

GENERALIA DE TRANSMISSIONE ACTORVM.

Antequam autem ipsum aggredior argumentum, cuius praesertim causa hanc dissertationem conscribendam suscepi, *generalia quaedam de Transmissione Actorum* praemittere necessarium mihi videtur.

4) *Christoph Aug. Henr. Wolff.* Repertorium über alle Landes-Angelegenheiten etc. p. 720.


5) *Idem* l. c.

detur. De origine Transmissionis Actorum ad JCTos impartialis nil certum definiri potest. Jam ante introductionem aut receptionem Juris Romani Judices inferiores, qui tunc temporis non erant Juris periti, sed ex longo usu et observantia, quam ex principiis iuris iudicabant, ad celebriora Scabinorum Collegia sententiae ferendae causa recurrerant. Quum autem et introducto iure Romano non omnia Judicia per eos Judices administrantur, qui litium difficultatibus explicandis sufficienter, placuit Collegiis Jctorum in Academiis facultatem de Jure respondendi dare; istiusmodi vero Judicibus ab istis sententias litium petere. Inveterata igitur consuetudine in Germania introductus est mos, transmittendi acta ad Academias et Scabinorum Collegia pro sententiis concipiendis ⁶⁾. Imo ex post Legibus et Constitutionibus imperii haec Transmissio Actorum expresse statuta ac confirmata est. Sic Imperator *Carolus V.* ⁷⁾ eam non tantum permisit, sed etiam in casibus dubiis et in causis gravioribus captum Judicium superantibus praecepit. Eodem modo Imp. *Maximilianus II.* ⁸⁾ concessit Austraegis, *consensu utriusque partis Acta* ad

⁶⁾ *Mevius* P. V. Dec. 358. n. 1.

⁷⁾ in Const. Crimin. in omnibus fere articulis v. c. 7. 28. 72. 91. 117. 118. 131. et potissimum art. 219. cf. *Johann Peter von Ludewig* in den gelehrten Anzeigen l. c. §. IV. in not. ***. qui hac de re ita iudicat: Weil nemlich die Schöpfungstühle auf dem Lande absonderlich mit schlechten Leuten besetzt gewesen.

⁸⁾ in *Rec. Imp. Spirensi* de 1570. §. 85. verb. „dass solche neun „Räthe auch *Macht haben sollen*, die beschlossene Sach und Acten „mit *Bewilligung beyder Partheyen* auf eine unpartheyische „Univerſität um Verfaſſung des Urtheils zu schicken, da sollen sie



ad Academiam impartialem transmittere sententiae ferendae causa.
 Porro tanquam singulare beneficium Legibus imperii ⁹⁾ Transmissio
 Acto-

„das verfasst Urtheil in ihrem selbst Namen eröffnen und aus-
 „sprechen.“ cf. *Johann Jacob Prebu* von den Austrägen,
 insbesondere von dem einem Kläger geringeren Standes vortheilhaf-
 testen Wege, einen Fürsten zu belangen. (Halle 1779.) §. 74. 75.

⁹⁾ *Recessus Deput.* de 1600. §. 15. „Es soll aber den Unterthanen
 „unbenommen seyn, sondern frey stehen, da sie *unter benannter*
 „*Summe der dreyhundert Reichs-Gulden, davon nicht appelliret*
 „*werden mag*, sich beschweret zu seyn befinden, solch ihre
 „Beschwerd und gravamina per viam supplicationis an ihre ordent-
 „liche Oberkeit und Herrschaften in gebührender Zeit Rechtsens,
 „anzubringen, welche auch schuldig feyn sollen, dieselbe anzunch-
 „men, und per modum Revisionis ex iisdem actis (es hätten denn
 „die Partheyen etwas neues vorzubringen, darüber sie gehöret
 „werden müßten, indem ihnen noch zween Sätz oder zwo Schriften
 „weiter zu gestatten wären) endlich zu entscheiden, *oder aber nach*
 „*Gelegenheit einer jeden Sache, und da es von einer oder der*
 „*andern Parthey begehret wird, und erhebliche Ursachen vor-*
 „*banden wären, auf einer Universität, oder aber zweyen oder*
 „*dreyen Rechtsgelehrten ad revidendum zu überschicken.* Et in
 „*Recess. Imp. Noviss.* de 1654. §. 113. iisdem vere verbis
 „ita sancitum: doch mit diesem Zusatz und bescheidentlicher
 „Erinnerung, auf dem Fall die Summe nicht appellabel, und den
 „effectum devolutivum an das Cammergericht nicht gehabt könnte,
 „dafs alsdann der Parthey ordentliche Obrigkeit auf derselben
 „gebührendes Ansuchen und Begehren, die vollkommen Acta,
 „vermöge des Reichs-Deputations-Abschiedes de Anno 1600. auf
 „deren zuvor, mit Zuziehung und in Gegenwart beyderseits Partheyen
 „oder

Actorum concessa est partibus laesis, si forsan ob summam inappellabilem nulla locum habet appellatio. Sed de hacce Transmissionis Actorum specie nobis non est sermo, et hinc lectorem ad succinctam commentationem *Nicolai Hieronymi Gundlingii* ¹⁰⁾, qui fusius hoc argumentum disquisivit, remittimus.

Hocce beneficium Transmissionis Actorum in casu non appellabili ortum suum traxisse mihi videtur ex Iure Romano. Nam L. 5. C. de prec. Imp. off. (I. 19.) Imperatores Valentinus et Valens sanxerunt: *Si quis adversus Praefectorum Praetorio sententias duxerit supplicandum, victusque defuerit, nullam habebit licentiam iterum super eadem causa supplicandi.* Quamvis hac lege parti victae omnis spes fuisset adempta, aliam obtinendi sententiam; Justinianus tamen eiusmodi laeforum sollicitudini rursus subvenit, et Nov. 119. c. 5. illis, qui se gravatos sentiunt, potestatem dedit, petitionem offerendi gloriosissimis Praefectis, qui sententiam protulerunt, aut eorum consiliariis, aut causas introducentibus *intra decem dierum inducias* post prolatam sententiam: ut hoc subsecuto non aliter executioni sententia

B 2

con-

„oder dero Gewalthaber fürgehende Inrotulation (ohne nebenseitige
 „Recommendation) durch gewisse unpartheyische Rechtsgelehrte
 „revidiren, oder auf eine unpartheyische Universität, oder andres
 „Collegium iuridicum zu schicken, und dero rechtliches Gutachten
 „darüber zu erfordern schuldig seyn. Jedoch soll abermals diese
 „Verordnung den Ständen des Reichs an ihren erlangten und her-
 „gebrachten Privilegiis, Freyheiten, Landesordnungen, Statuten
 „und sonst ohne Nachtheil verstanden, sondern dieselbe in ihren
 „Kräften gelassen werden.“

¹⁰⁾ in diss. de Transmiss. Actor. in Legib. Imper. permissa ejusque repetitione.



contradatur, nisi prius fideiussiones dignas praeberit victrix pars, tantae quantitatis, quanta fuit condemnatio, ut si post hanc retractationem modo legitimo procedente sententia resolvatur, res ei cum augmentis legitimis restituatur ¹¹⁾.

Sed plures aliae dantur Transmissionis Actorum species, quae ab ea, quae obiectum est huius tractatiunculae, valde differunt. Sic in Iudicio Imperiali Aulico nonnunquam mandatur Commissariis Caesareis, ut acta Commissionis transmittant ad impartiales JCTos proferenda sententia, quam vero partibus non publicant, sed vel clausam, prout eam recepere, vel una cum Voto proprio ad Imperatorem transmittunt ¹²⁾. Quandoque etiam a Superiore ad querelas unius alteriusve partis ob protractam vel denegatam Iustitiam, aut ob appellationem rite interpositam et introductam Acta requiruntur. Sed et Iudex Acta ad JCTos transmittere potest, ut ipse edoceatur, quo casu ab eius arbitrio pendet, an secundum Prudentum consilium sententiam ferre velit, nec ne. Imo et partes litigantes Acta sic dicta manualia ad Collegium iudicum mittunt, ut de meliori modo procedendi informentur, aut de felici vel infelici exitu certiores reddantur. Eiusmodi responsa Juris, praesertim si intentioni consulentis sunt consentanea ad Acta exhibere solent, ut
 saltem

¹¹⁾ Loco appellationis prohibitaе Imperator Iustinianus introduxit retractationem, quae postulabantur Libello oblato Praefecto Praetorio. Qui libellus *didascalicus* appellabatur seu *Libellus fideiussoriae*. *Gundling* l. c. c. 1. §. VII.

¹²⁾ *Johann Jacob Moser* Einleitung zum Reichshofraths-Proceß. Tom. I. Tractat. 2. Cap. 3. §. 33.

faltim expensae litis compensentur ¹³⁾. Quia autem haud raro a pluribus Academiis litigantes Consilia Juris postulant; facile evenire potest, ut Acta a Judice ad idem collegium mittantur, quod uni aut alteri parti iam Consilium dedit. Quamobrem Judici quam maxime commendandum est, ut litteris requisitorialibus clausulam inferat, qua JCTi rogantur, ut Acta statim remittant, si forsan uni litigantium in hac causa iam consulissent. Id quod etiam a multis Dicasteriis iam diu observatur. Imo *Schraderus* ¹⁴⁾ statuit, quod Judex uno ex litigatoribus hoc petente, partes, antequam ipse Acta ad Consilium sapientis transmittat, citare cogatur, ut unusquisque Judici significet, quorum sapientum consilio vel opera unus ex Litigatoribus in ista causa usus fuit, ut Judex illos tanquam suspectos evitare possit. Sed licet multis rationibus hanc thesin sustinere ac defendere conatus fuerit, tamen in praxi hoc non observari certum est.

§. III.

TRANSMISSIONIS ACTORVM DEFINITIO.

Ad evitandam igitur omnem ambiguitatem eo magis opus videtur, recte monente *Cicerone* ¹⁵⁾ curatius ante definire, quid sit *Transmissio actorum*, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputatur. De ea autem *Transmissione Actorum* agemus, *quae praevia conclusione in causa praeviaque inrotulatione Actorum fit a Judice*
ad

¹³⁾ *Idem* in diss. de Transm. Actor. in genere, deque nullo vel exiguo eiusdem in nonnullis provinc. vel caus. usu. c. 1. §. II.

¹⁴⁾ in Tr. de feud. P. X. sect. XIV, n. 20. sqq.

¹⁵⁾ de offic. Lib. I. c. 2.



ad Jctos, ut ex Actis transmissis Judicis nomine sententiam concipiant. Ante omnia ergo requiritur, ut in causa a litigantibus legitime sit conclusum. Id quod vel *expressis verbis* fieri potest, dum causam hucusque in iudicio ventilatam decisioni iudicis submitunt, vel *tacite* seu *fiſte*, si partes aut positiones suas plene proposuerunt, aut ob unius alteriusve litigantis contumaciam Acta a Iudice pro conclusis habentur ¹⁶⁾. Inrotulatio Actorum vero et absentibus partibus fieri potest. Quodsi enim in Termino ad rotulandum Acta praefixo unus alterve litigans non comparet, dummodo de insinuatione citationis legitime facta constat, Acta in contumaciam non comparentis pro inrotulatis habentur, quum citatio tantum sit *monitoria*. Diximus Acta transmitti a Iudice ad Jctos. Nam nulla adest obligatio, ut praecise ea mittat *ad Collegia Juridica*. Sed nisi Leges particulares expresse hoc prohibent, etiam ad Jctos privatos Acta transmittere potest ¹⁷⁾. Sive Transmissio fiat proprio motu, seu *ex officio*, quod omnino Iudici permissum est, sive partibus petentibus, sententia *uti concepta* a Iudice publicanda est, nec ullo modo seu auctoritate eam mutare potest ¹⁸⁾, nisi forsitan *manifeste sit contra Jus patrium ac indubitatum usum forenses*. Quo casu brevi manu errorem forte a Collegio commissum Iudex corrigit, vel in ipso Termino publicationis sententiae, vel ex post ad preces alterutrius partis per Decretum. Sic interdum a Jctis extraneis in Restitutionis instantia ille, qui Remedio Restitutionis in
 inte-

¹⁶⁾ *Mart. Lange* in diss. de Actor. Transm. §. 12.

¹⁷⁾ *Recess. Deputat.* de 1600. §. 16.

¹⁸⁾ cf. tamen *Martb, Berlich* conclus. practicab. P. I. Concl. 59. n. 26.

integrum usus est, in expensas Transmissione Actorum causatas condemnatur, licet ceteroquin reliqui sumtus litis sint compensati, ac tota ratio decidendi, si eum quaeras, in eo consistit, quod Restitutionem impetrans effecit, ut Acta fuerint transmissa. Quae ratio saltem apud nos cessat, quum per constantem praxin Dicafteriorum introductum sit, ut compensatio expensarum etiam sumtus transmissionis Actorum *ex officio* decretae comprehendat. Id quod in Restitutionis instantia plerumque fieri solet. Itaque et per Decretum ad instantiam partis hoc statim corrigitur. Longe autem aliter res se habet, si *ad preces* litigantis acta fuerint transmissa; tunc enim sumtibus *petentis* fit, qui solas expensas Transmissionis Actorum solvere tenetur ¹⁹⁾, quum alioquin Iudex ipse ad sententiam dicendam se accinxisset. Quae cum ita sint, facile est intellectu, Iudicem nunquam ad Acta transmittenda prius posse obligari, quam expensae ad hunc finem necessariae ab eoque determinandae a litigantibus fuerint solutae.

§. IV.

DE EXCEPTIONIBVS CONTRA ACADEMIAS.

Brevibus adhuc videamus, quatenus litigantibus sit permissum, ante amandationem Actorum unum alterumve Collegium Juridicum
exi-

¹⁹⁾ *Heur. Rennemann* de Transm. Actor. c. IX. §. 5. *Jo. Henr. Heeser* de act. iudicial. c. IV. n. 230. *Diff. Berlich* l. c. n. 2. 3. seq. et *Marz. Lange* l. c. §. 25. quoniam, inquit, quod haecenus supponitur, utrique est communis, et a quovis causae decisio intendatur, aut ad minimum ob litis naturam intendi debet.



eximere. Quamvis enim Judicis libero arbitrio relicta sit electio, quo acta transmittere velit; nihilo tamen minus partibus competit facultas, eximendi aliquot collegia, quod toties iteratur, quoties nova opus est sententia. Sic fit, ut nonnunquam Acta per totum orbem Germaniae Academicum circumferri possint, quum haud raro Causarum Patroni hacce facultate abutantur, et non nisi, quia mos ita fert, aut ut aliquid dixisse videantur, Academias excipiunt (§. I.)

Jam autem ex oritur quaestio: *an Collegium iuridicum semel exceptum in omnibus reliquis instantiis etiam pro excepto habeatur, licet in secunda instantia non iterum sit exceptum, sed pars litigans, quae antea illud exceptit, nunc aut nullum, aut prorsus alia Collegia exemit?* Haud existimamus Ludolfium sequentes 20 a). „Porro, inquit, exceptiones istiusmodi factas in articulo uno intelligi non volunt per omnem litis cursum, sed de illa solum, de qua agitur, quaestione. In sequenti transmissione et capite alio non amplius excipitur, et ecce: adfertur sententia parti, quae olim recusavit, magis favens. Hinc in iisdem actis leguntur de uno eodemque Collegio Jurisperitorum mox sinistra, mox optima.“ Quaelibet itaque exceptio in ea tantum valet instantia, in qua facta est, quum alias electio Judicis plus iusto esset restricta, qui in ultima Instantia etiam omnes Academiarum exceptiones iam antea factas attendere deberet. Quodsi ergo alteruter litigans in prima Instantia v. c. Halensem exemisset, in sequenti Restitutionis Instantia vero nullam. Quid impedit, quo minus Acta mittantur ad Collegium Juridicum Halense? Quum enim in hac instantia contra nullam excepisset Facultatem Juridicam; eo ipso Judicis arbitrio electionem

20 a) in Obseruat. forens. Obsf. 160.

nem simpliciter relinquit, ac tacite libertati excipiendi pro hac vice renunciavit. Quodsi ergo Judex Acta ad Collegium antea exceptum, in hac instantia autem non exemptum amandaverit, sententia omnino subsistit, quum ne ea quidem sententia ipso iure nulla sit, quam Judex a Collegio *expresse excepto* impetravit. Licet enim male faciat, tamen contra ius expressum non agit, quippe quod ipsi, quem velit, consulere permittit ^{2o} b).

§. V.

QVO IVRE NITITVR TRANSMISSIO ACTORVM.

Sed si dicendum quod res est, nemo certe inficias ibit, amandationem Actorum ad extraneos JCTos ferendae sententiae causa, maximam esse irregularitatem. Nihil enim maioris momenti est, nihilque magis grave ac arduum, quam iuris dicendi potestas, quum certo modo corpus, vita, honos bonaque civium ab eo dependeant, qui Judicis fungitur officio. Itaque Domini territoriales omnesque illi, quibus iudicia constituendi competit facultas, iurisdictionem non nisi viris probatae fidei et dexteritatis committunt, vel saltem committere deberent. Quo iure igitur quaeso, iudices iurisdictionem administratoriam exercentes, hanc *ipsis* tantum concreditam *aliis* et quod

^{2o} b) *Leyser* Spec. 6. m. 8. et 9. Eo minus autem conqueri potest pars litigans, quum in Terminis ad publicandam sententiam praefixo partibus indicari soleat Academia, ad quam Acta sunt transmissa, si publicationi sententiae non contradicat. cf. *Christ. Henr. Lange* comm. de nullitate respectiva sententiae Actis ad Colleg. Iurid. exemptum transmiss. Rostoch. 1783. §. 6. seqq.



quod mirandum *Actis extraneis* rursus committere possunt. Nam in omnibus fere Ordinationibus Iudicii ante omnia membris iudicii admodum inculcatur, ut non solum propria manu relationes suas ac sententias conscribant, sed potissimum etiam, ut absque aliorum opera vicaria eas concipiant ²¹⁾. Sed quum proh dolor experientia teste non semper Iudices eligantur idonei ac periti, sed interdum iuris dicendi provincia adeo iis committatur, qui haud ita pridem Academia domum reversi in ipsorum rebus agendis nondum sunt exercitati, mox receptum est, sententias a Collegiis petere Juridicis. (§. II.) Hinc longa consuetudine et observantia nititur ius transmittendi Acta, ita ut Iudex praecipue, si partes litigantes transmissionem Actorum petunt, regulariter eam denegare nequeat.

Cave tamen exiislimes, hanc observantiam universalem esse, et per totum obtinere Imperium Germanicum. Nam praeter suprema Imperii Tribunalia, quippe quae neque ex officio, neque ad petendum litigantium Acta unquam transmittunt, multae dantur integrae Germanici Imperii Provinciae, ubi Actorum Transmissio ad Impartiales exulat. Sic *Mosero* ²²⁾ referente in omnibus Terris hereditariis

Au-

²¹⁾ cf. *Recess. Visitat Camer.* d. 1713. §. 66. sub poena cassationis hoc prohibetur verbis: „So wird denen Beystzern hiemit „ernstlich verboten, es sey wer, und unter was Vorwand es „wolle, einige Extractus Actorum oder Relation selbstem verfertigen, „oder sich darin helfen zu lassen, alles bey Vermeidung der hier- „durch wohlverdienten Cassations-Straf, womit diejenige sowohl, „welche dergleichen Extractus oder Relationes machen lassen, als „die, so selbige aufgesetzt, angesehen.“

²²⁾ in *diff. cit.* cap. 11. per totum, ubi et leges particulares allegatae sunt.

Austriacis, quae iure Germanico reguntur, locum non habet eiusmodi Amandatio. In Electoratu *Bavarico* Iudices quidem consulere possunt Jctos, sed eorum consilium Iudicem non obligat, nec sententiae vim habet. In *Saxonia* Electorali Transmissio Actorum quidem respectu Iudiciorum *inferiorum* obtinet, minime vero in Iudiciis Aulicis sive Provincialibus superioribus et Consistorio. Saltem Ordinatio processualis recognita, Ordinationesque ipsis praescriptae huius transmissionis nullam faciunt mentionem. Porro ea cessat in Terris Electoralibus *Brandenburgicis*, nec non in Episcopatus *Hildesensis* Cancellaria et Iudicio Aulico. Loco Transmissionis Actorum autem in Episcopatus *Herbipolensis* Iudicio Provinciali Ducatus Franconici in Consilium interdum adhibetur unus alterve Juris Doctor Assessoribus Iudicii cum in finem a Principe adjunctus. Denique supremum Iudicium Appellationum *Celense*, uti et summum Tribunal Regium, quod *Wismariae* est, nec non Iudicia superiora Ducatus *Wurtembergici* nunquam Acta transmittunt, et partibus Amandationem petere non licet.

§. VI.

DE EIVS COMMODIS.

Jam si quaeritur, *anne fortassis commoda Transmissionis Actorum tanta sint, ut ex hac ratione se commendat, et veri beneficii nomen mereatur?* paucis videamus, quatenam sint illa *commoda*, quae partibus inde redundant. Et ut quilibet ipse iudicare queat, an revera tantam praestet utilitatem, quantam eius defensores magna fiducia huic transmissioni tribuere solent; omnes rationes et argumenta, quae a Doctoribus afferuntur, fideliter exponemus, simulque

autem

autem non reticebimus *incommoda*, sed eadem fidelitate recensēbimus, ut rationes pro et contra eo facilius examinari ac ponderari queant. *Joannes Petrus de Ludewig* ^{23 a)} tanquam princeps transmissionis Actorum Patronus ac propugnator prae aliis summo studio admissus est ad demonstrandum *praerogativas* transmissionis Actorum, quas paucis referre licebit. Summum eam maximumque Litigantium esse contendit beneficium, quo et libertas Imperii Germanici et in aestimabilis iustitia potissimum fulciatur. „Denn, inquit, „wie mislich und gefährlich ist es doch, wann die Rechtshändel „*einem Manne allein* anvertrauet werden. Das ist, wann „die Gerichte mit *der einzigen* Person eines Stadt- oder Land-Richters, Vogts, Schulzen, Hauptmanns, Amtmanns, Castners, „Burggrafen, Gerichtshalters, und was dergleichen Namen sind, „besetzt werden. Ist dieser unwissend, so folget ein widerrechtlicher Abschied. Ist er dumm, und siehet die Sache nicht ein; so geräth der ganze Proceß in Verwirrung. Ist er geschickt, aber „dabey boshaftig und eigennützig; so beugt er das Recht nach seiner „Leidenschaft und muß gerade krumm und krumm gerade heißen; „ist er faul, so hat er keinen Treiber, vor dem er sich zu fürchten „hat. Von allen diesen Besorgnissen sind die Rechtsprüche in Facultäten und Schöppenstühlen befreyet. Denn so viel die Wissenschaft des Rechts betrifft, so sitzen in Facultäten diejenigen, welche „Jahr aus und ein die Rechtsgelahrtheit andern vortragen, und deswegen das Corpus iuris täglich in Händen haben müssen. Da auch „diesen aus allen Ecken und Enden vom Teutschen Reich entweder „gerichtliche Acten zugeschicket, oder Rechtsfragen vorgeleget werden, so kommen denenelben außser den gemeinen Rechten auch „ande-

^{23 a)} in Praefat. Tom. I. Consil. Halens. §. VI.

„anderer Länder ihre Satzungen und Gewohnheiten vor, dadurch
 „sie einen leichten Schluss machen können, was von den Teutschen
 „Sitten und Gewohnheiten noch jetzt üblich und denenselben gemäß
 „sey oder seyn solle. Dann was durch die Römischen Gesetze an
 „einem Orte unterdrückt, das findet sich noch an einem andern
 „Orte entweder ganz oder in einem solchen Schimmer, wovon
 „man zu dem wahrhaftigen Lichte durch einen vernünftigen Schluss
 „leichtlich gelangen kann. Nachgehends, was eines seine Augen
 „nicht eingesehen, das werden die andern gewahr ²³ b). Und wie
 „den Beyitzern in Rechts-Collegien die streitenden Partheyen un-
 „bekannt sind, so können sie auch denselben weder in Liebe noch
 „Leid verwandt, folglich keine Ursache vorhanden seyn durch Lei-
 „denschaften des Gemüths sich von dem richterlichen Weg auf Ab-
 „wege verleiten lassen.“ Haec ergo sunt commoda, quae trans-
 „missioni Actorum tribuuntur, et quae sententiae ab extraneis JCtis
 latae

²³ b) Nonne idem dicendum est de Iudice ordinario, si integrum Colle-
 gium sententiam ferat, cuius membra omnia Acta sedulo perlegunt.
 Quodsi hic vel debitam diligentiam non adhibet, vel quaedam facta
 omittit, vel praepostere rem proponit, vel affectibus teste indulget; sane
 JCti vel optimi atque integerrimi facile votum iuri adversum edent.
Moser l. c. Sic anno elapso a Cancellaria Sueriensi Acta transmittē-
 bantur in Restitutionis Instantia ad JCtos Erfordienfes, qui de Grava-
 minibus ipsis non iudicabant, sed simpliciter decidebant; Remedio
 R. I. I. locum non esse. Omnis huius decisionis ratio decidendi erat,
 quod hocce remedium non intra decendum esset interpositum. Quum
 vero in Megapoli Fatale Interpositionis seu Introductionis ac Iustifi-
 cationis Remedii R. I. I. sit spatium *sex hebdomadarum*, tota sententia
 subsistere non poterat, hinc magno partium detrimento Acta denuo
 erant transmittenda.



latae palmam dare debent; quae omnia fere eo redeunt, ut partibus litigantibus verendum sit, ne favor erga Agnatum vel amicum plus valeat in Iudice, quam lex in Codice. Quamvis enim satis iustus *Judex loci* videatur, metum tamen partis cuiusdam potentioris eundem vel obtorto collo a recto iustitiae tramite in transversa facillime rapere, imo et odium Iudicis tum erga alteram partem, tum circa causarum patronos eundem producere opinantur effectum. Extranei autem iudices Partium studio plerumque carere, omnesque in causa circumstantias ac momenta penitus inquirere censentur, ut nil deesse videatur, de quo partes deinde possint conqueri ²⁴). Attamen omnia eum potissimum spectant casum, quo tota iurisdictionis administratio non nisi *unico* homini est demandata, ita ut adductae rationes ad integra Collegia ac Dicasteria Provincialia vix queant applicari.

§. VII.

ET INCOMMODIS.

Audiamus et alteram partem, et videamus *anne incommoda multo maiora sint, laudataque commoda admodum superent. Mosserus* ²⁵) ipse Facultatis Francofurtensis sui temporis Assessor dignissimus, hinc optimus hac in re Iudex competens, quamvis commoda et incommoda transmissionis Actorum pari passu ambulare arbitretur; nihilo tamen minus *feliciores* existimat provincias, ubi
Trans-

²⁴) cf. *Frid. Gottl. Struvius* in diff. de commod. Transm. Actor. §. VII.

²⁵) in diff. cit. c. I. §. IV.

Transmissiones Actorum ab integris Collegiis exulant iis, in quibus in usu sunt. Et tam recte ac ingenue ad omnia Ludewigii argumenta respondit, ut nil melius facere queamus, nisi ipsissimis eius uti verbis. „*Quid enim*“ inquit „*iuvat palliare naevos et dissimulare morbos omnibus satis notos. Annon etiam Collegiis Jctorum adsint viri ipsius iuris communis, vel publici vel civilis, vel ecclesiastici vel feudalis, etc. pro eo, ac decet, non satis gnari? Quoties peccatur a Jctis exteris contra Jura scripta et non scripta Provincialia et localia, adeo ut remotione sententiae opus sit? Heu infra docebimus? Meminibus B. Ernestum Ducem Saxo-Gotharum in quadam constitutione plurimum dolere, quod a Jctis exteris toties contra Jura patria pronunciatur. — — Accidit quoque haud raro, ut Jctus aliquis sit insignis Doctor iuris, at pessimus Doctor Facti, i. e. ut Jus ad Factum applicare nesciat, id, quod Professori cuidam, cuius Consiliorum Volumina profundam iuris theoriam redolent, objectum esse novimus. Sunt porro alii, quibus non scientia Juris deest, deest autem diligentia in actis perlegendis, extrahendis et Responso elaborando ²⁶⁾. Imo prostat Querela fundatissima Pot. Regis nostri in Edicto d. d. 1723. 17. Febr. dari Collegia Jctorum, quorum Membra Acta plane aliis, qui ad id iuramento abstricti non sunt (adde: reique non sufficiunt) expedienda committunt.“*

Ita

²⁶⁾ „Sane, inquit, intra breve tempus bis Acta ad Collegium nostrum delata sunt, in quibus extabant sententiae a Collegiis Jctorum duarum Academiarum per universam Germaniam longe celeberrimarum latae, quarum altera ob notoriam et insanabilem nullitatem? prorsus ab Actis reiicienda erat, altera vero eisdem nullitatis ab alio Collegio Academico arguebatur.“ *Moser l. c.*



Ita Moserus ²⁷⁾. Quodsi ergo unquam Transmissio Actorum hoc vel illo casu utiliter fieri queat, tamen cum tanto dispendio temporis ²⁸⁾, cum tantis damnis ac sumptibus est coniuncta, ut partibus sane melius consulatur, si Judex ipse ferat sententiam, quam si indistincte acta transmittere debeat, simulac alterutri litigantium transmissionem petere forsitan placeret ²⁹⁾. Illi enim, qui decisionem
litis

²⁷⁾ cf. D. S. N. H. P. observ. de academiis German. in transmittendis Actis caute excip. §. I. „Dantur enim, inquit, in Germania „Univeritates, quarum Professoribus nil minus curae cordique est, „quam ut extraneis miseris litigantibus iustam accuratamque „administrent Iustitiam, quin potius nonnulli fugitivo tantum „oculo perlustrant, vero ne quidem ipsi manum operi admoveant, „sed relationem Actorum suis Scholaribus vel Studiosis, qui apudeos „Collegium practicum fortasse audiunt, ad exercitium committant, „et tamen in Actis remissis gloriari non erubescant: *Nachdem wir „die Acta mit Fleiß durchgelesen, und collegialiter wohl erwogen.*“

²⁸⁾ Ipse de Ludewig alias Transmissionis Actorum strenuus defensor, in den wöchentlichen Hallischen Anzeigen 1737. n. 5. tamen confiteri cogitur: „Richter und Partheyen erfahren auch noch das Ungemach, „dafs an manchen Orten die Ausfertigung der Urthel, wo nicht „Jahr und Tag, dennoch viele Monate liegen bleiben.“ Imo non desunt exempla, post multas longasque frustraneas sollicitudines Acta a Collegio Jctorum *absque sententia* fuisse remissa. Id quod ante aliquot annos a Facultate Juridica *Kiloniensi* factum esse scio.

²⁹⁾ cf. Rescriptum Elect. Colon. *Maximiliani Henrici* qua *Episcopi Hildesimensis* d. 14. Jul. 1653. verbis: „Dergestalt, dafs „die Acta in einer Instanz zwey - drey - oder viermal mit starken „Sportulis verschicket, die Partheyen nicht allein mit übermäßigen „Kosten

litis quam maxime extimescit, nihil magis curae cordique est, nisi ut exitum litis, quantum fieri potest protrahat. „Itaque, inquit *Mevius* ³⁰⁾ „non absque justa causa Judicem acta transmittere „oportet, quia non leve infert gravamen. Est enim hocce remedium, „ob impendia, quae requirit, onerosum, ob moras et ambages, „quibus litis definitio diu protrahitur, molestum, nec ob ea, quae „saepius ex statutis et moribus locorum singularibus in lites incidunt, „et praepriis attendi merentur, extraneis vero ignota sunt, sine „alicujus exorbitantiae periculo ³¹⁾. Ut vero talia Judicem evitare „decet, ita si causam dat hanc iniqui officii neglecti arguitur.“ Quod si ergo commoda et incommoda Transmissionis Actorum rite erga se invicem ponderantur, haec majora mihi videntur, praesertim, si de

inte-

„Kosten dadurch beschweret, sondern auch kostbare Botenlohn
 „anwenden und zusehen müssen, das die Sachen langweilig mit
 „Hin- und Wiederschicken aufgehalten, und die heilsame Justiz
 „verzögert werde, zu geschweigen, das die vielfältige Verschickung
 „Unser Fürstlichen Canzley und Hofgericht verkleinerlich fallen,
 „sonderlich in Sachen, welche ihrer Art und Eigenschaft nach
 „schleunige Verfabrung de Jure erfordern, und aus denen Land-
 „rechten und Gewohnheiten zu entscheiden, und daher unser
 „Canzler und Rätbe, Hofrichter und Assessores leichter und
 „gründlicher auch viel besser davon urtheilen können, als ein
 „fremder unkundiger Referent, welcher vorher von den Sachen
 „nichts gewusst, und in Durchlesung der Acten auf mancher-
 „ley Weise des rechten Zwecks verfehlen kann etc.“

³⁰⁾ P. V. D. 358.

³¹⁾ cf. *Ern. Jo. Fr. Mantzel* in *diss. de Jctis extraneis in iure Mecklenb. errantibus*. Rost. 1767.



integro Iudicium Collegio sermo est, quippe quod *integrum* tamen suspectum vix dici potest. Nonne potius expectandum est, fore ut Dicasteria, quorum singula membra speciali iuramento iustitiae obstricta sunt, majori fide, diligentia et dexteritate iustitiam administrarent, quam Icti extranei, qui nimis genio et commoditati suae indulgent. Quamobrem saluberrime in multis Territoriis Transmissio Actorum prohibita aut saltem valde limitata est ³²⁾. (§. V.) et Recessus Deputationis de 1600. eam concedit, si causae qualitas eam desideret — *nach Gelegenheit einer jeden Sache* — aut aliae iustae ac sufficientes id suadeant — §. VIII. — *und erhebliche Ursachen vorhanden wären.*

§. VIII.

AN IN OMNIBVS CAVSIS INDISTINCTE LOCVM HABEAT
TRANSMISSIO ACTORVM.

Expositis commodis et incommodis cum Amandatione Actorum coniunctis superest gravissima illa quaestio: *an in omnibus causis indistincte locum habeat Transmissio Actorum, et Iudex nunquam eam denegare debeat.* De qua re videamus breviter, nec haesitamus ad ultimum huius quaestionis membrum affirmando respondere. De qua re enim, inquit Ictus *Julianus* ³³⁾ cognoverit Iudex, pronunciare quoque cogendus erit. Indubitati quoque iuris est, quod Iudici ex principis auctoritate competat iurisdictio, quae
non

³²⁾ *Moser* l. c. cap. 11.

³³⁾ L. 74. pr. D. de Jud. L. 79. §. 1. eod. Iudicibus *de iure dubitantibus* Praefides respondere solent, *de facto consulentibus* non debent Praefides consilium impertire, verum iubere eos, prout religio suggerit, sententiam proferre.

non in simplici cognitione, sed potestate etiam sententiam concipiendi et ferendi consistit, quae potestas minime restringitur, quamvis partes forte dissentiant, et transmissionem desiderent. Quum Jurisdictio et in invitum exerceatur; *Leyserus* ³⁴⁾ equidem contendit, iudicem, etiamsi unus ex litigantibus hoc petierit, non esse cogendum, Acta transmittere, nec sententiam imploratione partis unius neglecta a iudice latam ipso iure nullam habendam. Quodsi enim princeps non ademerit hanc partem iurisdictionis, contradictio unius litigantis haud efficere potest, ut quod Iudex auctoritate publica fecit, prorsus in irritum cadat. Sed fallere hoc existimat, si uterque litigator amandationem petit. Tunc enim Iudicem necessario Acta transmittere debere, neque id sine nullitate negligere posse statuit. Quodsi autem praeter omissam Transmissionem nullum gravamen illatum aut ne allegari quidem potest, sententia omnino subsistit, nec annullanda, sed potius confirmanda est ³⁵⁾. Supervacuum sane foret, transmissionem Actorum decernere, cum aliter lis decidi non potuisset, si vel maxime ad Jctos extraneos Acta fuissent transmissa, aut iam transmitterentur. Quae cum ita sint, facile est intellectu, Iudicem omnino Transmissionem Actorum a partibus petitam posse denegare, nec eam indistincte locum habere. Sic Iudex ordinarius, *antequam ipse pronuntiavit*, nullo modo ad Transmissionem Actorum licet a partibus petitam obligatus est, sed tum demum cum suo functus est officio. „Quid? quod, inquit *Gundlingius* ³⁶⁾, moram induci litis ordini crederem, ac sine causa peti, ad quod stricto iure nec

D 2

„ma-

³⁴⁾ Spec. VI. m. 5.

³⁵⁾ *Mevius* P. III. D. 232. P. IV. D. 335.

³⁶⁾ in diff. de transm. Actor. in Legibus Imp. permilla. c. 11. §. IV.



„magistratus nec iudices obligantur, adeoque nulla erit sententia,
 „etiamsi intercesserit utraque Pars, et maiorem se fiduciam in exteris
 „ponere centies clamaverit, nisi odium, favorem imperitiamque
 „evidentibus signis argumentisque ostenderit, aut eum legitima ra-
 „tione actor perhorrescat. Quod quidem in vicis pagisque facilius
 „evenire poterit, ubi non semper *Papinianus* regnat aut *Ul-*
 „*pianus* ius dicit; in liberis civitatibus vero, atque integris colle-
 „giis, quamquam esse quidem possunt, quos tali labe adspargunt par-
 „tes, est tamen alia hic elabendi via, nempe *ut suspecti hac in causa*
 „*conticescant, ac ceteri non suspecti de lite cognoscentes sententiam*
 „*conficiant.*“

Si ergo Dicasteria Provincialia in prima instantia Acta aman-
 dare oportet, necesse est, ut hoc in certa quadam suspicione se fun-
 det, quae sive re, sive verbis exprimat perinde est. Quis autem
 litiganti unquam concedet, pro lubitu integrum Collegium suspectum
 reddere. Id quod certe nemo serio contendet. Omnino verum
 transmissionem necessariam esse autumo, si causa iudicium ipsum ali-
 quo modo tangat, aut paria adsint vota, aut principis ipsius inter-
 sit ³⁷⁾. Quodsi ergo et Dicasterium Acta transmittere teneretur, si
 partes eam efflagitant, tamen non indistincte ac promiscuo eam con-
 cedit, sed potius denegabit, *simulac frivola sit amandationis peti-*
tio et ad litium protractionem spectat. Hinc in causis debiti clari ac
 liquidi,

³⁷⁾ *Weruber* P. V. Obs. 219. quippe qui non solum statuit, in
 causis inter Dominum Jurisdictionalem et subditos coram proprio
 eius Iudicio ventilatis transmissionem Actorum ad Collegium Iuridi-
 cum necessariam haud esse, sed et constanti praxi ob Ordine Jcto-
 rum Vitembergensium hoc observari testatur. Et quamvis *Leyser*
 Sp. 69. m. 4. idem defendat, Transmissionem tamen suadet.

liquidi, quod in confesso versatur, nec non in causis moram non ferentibus vix locum habebit Actorum Transmissio ³⁸⁾.

§. IX.

TRANSITVS AD JVS PATRIVM.

Absolutis hisce generalibus, quae pro instituti ratione sufficere existimavimus, iam nos accingimus ad explicanda Jura patria. Videamus igitur, quid leges nostrae de Transmissione Actorum disponunt, ut eo facilius applicatio principiorum hucusque expositorum ad Jura patria fieri queat. Leges autem hac de re sancientes sunt: *Ordinatio Judicii Provincialis Aulici* ³⁹⁾ et *Ordinatio Cancellariae Gustrowiensis* ⁴⁰⁾, nec non *Edictum Gustavi Adolphi d. d. 2. Mart. 1669.* ⁴¹⁾ cui certo modo jungi potest *Conclusum commune Judicii Provincialis Aulici* — gemeiner Bescheid — *de 20. Apr. 1672.* ⁴²⁾ Potissimum vero nominari meretur *Transactio novissima fundamentalis Mecklenburgica*, quam ex post aliquot Rescripta Regiminalia sunt secuta, quae hodie tanquam *Norma* a Dicastriis observantur.

§. X.

³⁸⁾ *Gundling* l. c. §. ult. *Mevius* P. V. D. 358.

³⁹⁾ P. II. Tit. XXXIII. §. Sollte aber etc.

⁴⁰⁾ P. II. Tit. XXXIV. §. 2.

⁴¹⁾ cf. *Sammlung einiger Mecklenburg. Landes-Gesetze und Verfassungen von Justiz-Sachen.* Schwerin 1739. p. 48.

⁴²⁾ *ibid.* p. 97. class. II. n. 21.



§. X.

BENEFICIUM TRANSMISSIONIS ACTORVM LEGIBVS IMPERII OB
 SVMMAM INAPPELLABLEM INDVLTVM IN MEGAPOLI
 EXVLAT.

In Megapoli beneficium Transmissionis Actorum, quod Leges Imperii in vim revisionis Actorum litiganti sententia Judicis se laesum existimanti concedunt, si ob summam inappellabilem appellari nequit, exulat. Transmissio Actorum apud nos nunquam fuit *Remedium suspensivum*, quo sententia a Judice lata impugnari potest ⁴³). In iis enim casibus, in quibus ob defectum summae appellabilis appellatio cessat, aliud remedium eligendum est. Plerumque pars gravata Remedio Restitutionis in integrum, aut querela nullitatis uti solet. Quo casu Acta *ex officio* partibus licet Transmissionem non petentibus secundum constantem praxin ad extraneos JCTos transmittuntur, ut eo melius omnis evitetur suspicio. In Judicio Provinciali Aulico vero non semper observari hoc solet, sed novus constituitur referens.

§. XI.

⁴³) Ordines provinciales Megapolit. eandem hac de re tuentur opinionem. Sic enim in *Supplica Delectus horum Ordinum arctioris summo Regimini exhibita d. d. Rostock 21. Mart. 1776.* legitur:
 „Wir sind des unterthänigsten Dafürhaltens, dass die Verschickung
 „der Acten gar kein Remedium suspensivum wider gerichtliche
 „Erkenntnisse und Verfügungen sey, sondern ein Rechtsmittel oder
 „beneficium, welches die Gesetze einem oder beyden streitenden
 „Theilen einräumen, von dem Gerichte zu verlangen, dass es,
 „sobald es auf Erkennung oder Cognoscirung irgend einer Art
 „ankommt, bey dieser Cognoscirung und Entscheidung den Rath
 „auswärtiger Rechtsgelhrten vernehme und folge etc.“

§. XI.

TRANSMISSIO ACTORVM IN MEGAPOLI NON NISI PER MODVM
EXCEPTIONIS OBTINET.

Legibus nostris ⁴⁴⁾ cavetur, et pro regula ponitur: ut Judices *ipfi* sententiam concipere ac ferre debeant; in certis vero casibus expresse denominatis Acta transmittere licet. Ex quo prono fluit alveo, in Megapoli Transmissionem Actorum non nisi *per modum exceptionis* obtinere. Videamus ergo, quinam sint casus, quibus permiffa est haec Transmissio. Ordinationes Judiciorum, si consulas in hoc unico duntaxat casu eam concedunt, *si una vel altera pars litigans Amandationem Actorum petit*. Tantum vero abest, ut Judicem eiusmodi precibus simpliciter cedere oporteat, ut potius non nisi *ex sufficientibus ac gravioribus causis* transmissionem Actorum concedere debeat. Sic enim *Ordinationes Judiciorum* ⁴⁵⁾, quae tamen in diiudicando normam dant, hac de re disponunt: „Sollte aber die eine oder andere Parthey um Verschickung der
„Acten,

⁴⁴⁾ *Ordinatio Judicii Aulici* P. II. Tit. XXXIII. §. I. „Wann
„in den Rechtshängigen Sachen zu Urtheil gesetzt und geschlossen
„ist . . . So darauf Anordnung machen und thun soll, das die
„Acta ad referendum ausgethan, fleißig und wohl verlesen und
„erwägen, und darauf rechtmäßige Urtheil abgefasset werden.“ cf.
Ordinatio Cancell. Gustrov. P. XXXIV. §. I. *Transactio*
fundamental. noviss. §. 400. „Auffer diesen Fällen (qui §.
„anteced. sunt excepti) sollen Unsere Gerichte die Bey- und Endur-
„theile selbst abzufassen schuldig, und hiemit ein für allemal be-
„fehligt seyn,“

⁴⁵⁾ l. c. §. 2.



„*Acten, welches gleichwohl nicht ohne genugsame
und hochwichtige Ursachen zugelassen werden
soll, bitten und anhalten, so soll er damit gehöret werden.*“

Quamvis igitur una alterave pars Transmissionem Actorum petat; tamen causae cognitio praecedat necesse est, an rationes adsint sufficientes et tam graves ut Transmissio locum habere queat. Quodsi Judex, quippe qui solus de sufficientia ac gravitate rationum cognoscit, eas frivolas iudicat et ad litis protractionem tendentes, denegare eum oportet hancce Transmissionem. Id quod ex ipsis verbis; „*welches gleichwohl nicht ohne genugsame und hochwichtige Ursachen zugelassen werden soll*“ immediate sequitur, quae alias omni sensu carent. Dispositio tam clara est, ut nulla indigeat interpretatione. Nam si absque rationibus sufficientibus ac gravioribus — ohne genugsame und hochwichtige Ursachen — transmissio licet a parte litigante petita, non est concedenda — nicht zugelassen werden soll — per se patet, eam denegandam esse, si eiusmodi causae ac rationes deficiunt. Nil novi etiam constituerunt Ordinationes Iudiciorum, sed ex *Deputationis Recessu* ⁴⁶⁾ iam saepius allegato hoc desumptum esse videtur. Jisdem fere verbis sancitur: *oder aber nach Gelegenheit einer jeden Sache, und da es von einer oder der andern Parthey begehret wird, und erhebliche Ursachen vorhanden wären, auf einer Universität, oder aber zweyen oder dreyen Rechtsgelehrten ad revidendum zu überschicken.*“ Ante omnia ergo *causae qualitas* consideranda est, nec *sola petitio partis* sufficit, sed et rationes *graviores* transmissionem Actorum suadere debent.

§. XII.


⁴⁶⁾ R. D. de 1600. §. 16.

§. XII.

CASVS EXCEPTI

Quae cum ita sint a nobis exposita, ut appareat, dispositionem Ordinationis Iudicii Provincialis Aulici et Ordinationis Cancellariae Gultroviensis optime cum Legibus Imperii convenire; videamus nunc, quibusnam in casibus Transmissio Actorum a Iudice non sit dene-ganda. Transactio fundamentalis novissima responsionem suppeditabit. Ibi §. 399. omnes recensentur casus, quibus Amandatio Actorum apud nos locum invenire potest. Multa sunt, ut iam supra monuimus, de vera huius legis interpretatione et sensu inter Dicasteria et Ordines Provinciales diversimode disceptata, ut certe operam perdere non vereamur, si succinctam accuratamque huius legis explica-tionem tentabimus. Et ut omnia ordine procedant necesse est, ut singuli a se invicem separentur casus, de quibus hac lege disponitur. Inprimis autem monere nos oportet, ut et hac lege Dicasteria obstrin-gantur, *ipsa* concipere sententias, et quasi in parenthesi tantum subiungatur exceptio ⁴⁷⁾, *nisi ab una alterave parte litigante trans-missio expresse sit petita.* — „Es sollen auch unsere Landesge-
„richte

⁴⁷⁾ Verba: *wo keine Verschickung von dem einen oder andern Theile ausdrücklich begehret wird*, non sunt *dispositiva*, sed *enunciativa*. Non *iubetur*, ut Iudex Acta transmittere debeat, sed potius *ipfi permittitur* tantum, ut ea transmittere queat, si a parte litigante una alterave sit petita Amandatio. In Ordinatione Iudicii provin-cialis Aulici vero expresse additur: *So soll er damit geböret werden*, attamen non nisi causae sufficientes et sat graves adsint.



„richte überhaupt verpflichtet und hiermit angewiesen seyn, in
 „Sachen, wo keine Verschickung von dem einen oder andern Theile
 „ausdrücklich begehret wird, selbst zu sprechen.“ — Sed si di-
 cendum, quod res est, tantummodo id denuo confirmatur, quod-
 iam diu in Ordinationibus Judiciorum cautum fuisse §. praeced.
 ostendimus. Valde supervacua igitur, ac plane inutilis est disputatio,
 an haec lex fundamentalis tanquam posterior derogaverit Ordina-
 tioni Judicii Provincialis Aulici tanquam legi longe anteriori. Quis
 enim unquam hoc negaret, si *reapse* in Lege novissima contrarium
 eius esset constitutum, quod lege anteriori erat praescriptum. Sed
 si utriusque legis verba sensumque inter se conferre velis, nullam
 adesse differentiam nullumque discrimen statim invenies. In hac lege
 fundamentali quidem non leguntur verba Ordination. Judiciorum —
welches gleichwohl nicht ohne genugsame und hochwichtige Urfa-
chen zugelassen werden soll — sed certo nemo dubitabit, quin *ta-*
cite subintelligentur. Nam et in Ordinatione iudiciali cautum erat,
 ut Judex ipse ferat sententiam excepto casu, si Transmissio fuerit pe-
 tita; attamen hac limitatione ex *Lege Imperii* addita, *si iusta*
sufficiensque ac gravior causa adesset. — Omissio huius limitationis
 sola nullo modo abrogationem anterioris legis involvere potest. Id
 quod claris atque expressis verbis fieri debuisset. Quo non facto
 optimo iure contendere existimamus, non aliter locum habere
 Amandationem ab uno alterove litigante petitam, *nisi sufficientes ac*
graviores caussae allegari possunt. Et qui non solum verborum
 corticem nudamque figuram intueri, sed verum legis sensum eruere
 vult, facile nobiscum consentiet: Tota enim huius §phi constructio
 veraque legis ratio docet, Legislatorum intentionem minime fuisse,
 transmissionem mero arbitrio partium relinquere, sed potius eam,
 quar-

quantum fieri potuit, restringere ⁴⁸⁾, ac impedire, quo minus Transmissiones Actorum tam frequenter fierent *ex Officio*. Nam ut limitare, non vero extendere voluerint transmissionem, manifeste quoque ex sequentibus apparet, quum statim addant, *ut Acta non sint transmittenda, si lis ex specialibus legibus ac iuribus provincialibus sit decidenda* — „und in solchen Sachen, welche aus den besondern Landesgesetzen und Rechten entschieden werden müssen, die Acten nicht zu verschicken.“ Quod *Mantzelius* ⁴⁹⁾ hoc casu ita intelligit, ut Actorum transmissio cesset, *licet sit petita*.

§. XIII.

RECENSENTVR.

Firmum itaque est, quam quod firmissimum, lege nostra fundamentali novissima generaliter praescriptum esse, ut Dicasteria Provincialia *ipsa* ferre deberent sententias. Et quum exceptio in casu non excepto firmet regulam, iam sequuntur exceptiones I, si *Principis speciatim interfit* ⁵⁰⁾ hinc *lis eum ipsum quodammodo tangat*,

E 2

⁴⁸⁾ cf. *Ern. Jo. Fr. Mantzel* l. c. Sect. II. §. XV. eandem tueri videtur, quamvis more suo admodum rhapsodice hoc argumentum tractet.

⁴⁹⁾ l. c. verbis: scil. *non obstante petita transmissione Actorum*.

⁵⁰⁾ cf. tamen *Transact. fundament. noviss.* §. §. 412. 413. quo Judices patrimoniales, in causis eos ipsos tangentibus quidem Judicium a partium studio alienum constituere obligantur, minime vero *simpliciter* iis iniungitur, hisce casibus acta transmittere, sed tan-



gat, aut 2, *vota in Collegio sint paria*, aut 3, *unus alterve litigantium Transmissionem Actorum desideraverit*, quibusnam in casibus Constitutiones Provinciales, ex quibus lis decidenda, Actis iungi debent. — „Es wäre dann, das Unser besonder Interesse mit ein-
 „trete, oder die Stimmen im Collegio gleich wären, oder die eine
 „oder die andre Parthey die Transmissionem Actorum verlanget, in
 „welchen Fällen dann die verbindliche Landes-Constitutiones, wor-
 „aus die Sache zu decidiren, beygelegt werden sollen“ — Simul-
 que vero iterata vice iubetur, ut praeter hasce exceptiones nominatas
 Judicia Provincialia omnes sententias *ipsa* conficiant. — „Auffer
 „diesen Fällen sollen die Gerichte *die Bey- und Endurtheile selbst*
 „abzufassen schuldig und hiemit ein für allemal befehligt
 „seyn.“ — Ita ut nihil magis Legislatoribus curae cordique esse
 videatur, quam praecavere, ne Acta *ex officio* transmitterentur.
 Quoque in fine hoc tantum excipitur, si una alterave pars expresse
 trans-

tantummodo, *si hoc peatur* — „Welchen Falls ein unpartheyisches
 „Gericht zu setzen, *die Sache NB. auf Begehren* zu verschicken,
 „allemaal aber der Appellation an unsere Landesgerichte den Lauf
 „zu lassen.“ Quid? quod Deputati Ordinum provincialium in
 Comitii electi in Voto suo pto. interpretationis §. 425. Transact.
 noviss. ipsi declarant: *Dafs nach dem Sinn des §. 425. des Erb-
 vergleichs die Acten-Verschickung* hochwichtige und sonst gesetz-
 liche Fälle z. E. wenn eigenes Interesse des Patrimonial-Richters
 eintritt, ausgenommen, *nicht zur Pflicht gesetzt, sondern dem
 redlichen und vernünftigen Befinden des Patrimonial-Richters
 überlassen sey*, und wenn er sie darnach beschliesst, alsdenn ihm
 darin die Vorschrift gegeben werde, wie und wohin er sie dirigi-
 ren solle.

transmissionem petierit ⁵¹⁾. Minime vero eo ipso *Arbitrium Judicis* — das Richterliche Ermessen — excluditur, quod tam Legibus Imperii quam provincialibus nititur; sed cognoscere debet, an causae adsint graves ac sufficientes, siquidem hoc casu Transmissionem decernere Judici potius indulgetur, quam ut simpliciter eam concedere obligetur. Nec obstat, expressis verbis in Transactione novissima non esse repetitum, quod Ordinatione tam Judici Provinc. Aul. quam Cancell. Gustavoviens. cautum legitur — welches gleichwohl nicht ohne genugsame und hochwichtige Ursachen zugelassen werden soll — Summum Regimen eidem favere sententiae luculenter apparet ex commemorando Rescripto de 19. Sept. 1778. ad *Delectum Ordini*

⁵¹⁾ In Rescripto *Friderici Wilhelmi* p. m. d. d. Rostock 7. Jul. 1704. expresse prohibetur Transmissio Actorum ad extraneos *in causis Fiscalibus* licet partes eam petierint. En verba huius Rescripti — „Wir committiren euch hiemit im gnädigsten Befehl, und wollen gnädigst, *dass zu Abkürzung der Fiscalischen Prozesse hinführo, wann gleich Partes Acta ad extraneos zu versenden verlangen sollten, selbige nicht verschicket, sondern die erste Interlocutor - oder Definitiv - Urthel von unsern Gerichten selbst abgefasset und gesproehen werden soll.*“ cf. *Neue Samml. der Meckl. Landes-Gesetze* P. II. n. IV. *Transact. fundament. noviss.* §. 430. vero cautum legimus: „Bey denen (scil. *causis Fiscalibus*) wo die Strafe unter dreissig bis funfzig Reichsthaler gehet, *soll die Verschickung der Acten und das Remedium supplicationis in allen Fällen NB. auf Verlangen Statt haben.*“ *Judex ergo interposito Supplicationis Remedio ius quidem ipse dicere potest, sed ad implorationem partis Acta transmittere debet.*

Ordinum Provincialium directo ⁵²⁾ verbis: „Auch wird euch
 „unvergeffen seyn, — — was nachhin noch bey einer andern Gele-
 „genheit wir euch zu Gemüthe geführt haben, das ihr nemlich
 „sichtbarlich wider euer und eurer Brüder eignes Interesse handeltet,
 „wenn ihr euch zu einer solchen Verwendung wolltet verleiten las-
 „sen, das der §. 399. des Landesvergleichs in Betreff der darin ge-
 „neraliter erwähnten Verschickung der Acten über Absicht und Ge-
 „bühr auf die ausgedehnteste Weise erklärt, und damit zugleich
 „alle besondere ältere auf schnelles Recht in causis summariis gerich-
 „tete so heilsame als wohlthätige gesetzliche Verordnungen unter-
 „drückt oder gänzlich vernichtet werden mögten, als auf welche
 „beyden Rescripta ihr daher hiemit ausdrücklich zurück gewiesen
 „seyn sollet.“ — — Porro ita pergitur: „Wir zweifeln keines-
 „weges, wasmassen bey einer unpartheyischen Prüfung der Sache
 „auch ihr selber nunmehr Ueberzeugung bey euch fühlen werdet,
 „das ihr in dem quæst. Stück irrig und fuglos queruliret habt, und
 „so mögen Wir euch nicht bergen, das Wir schlechterdings der
 „Rechts begründeten Willensmeynung beharren, Unsere Landesge-
 „richte im Punkt der mehr besagten Transmissionis Actorum in der
 „Ausübung eines gesetzmässigen alten durch neue Anordnung nicht
 „verdrängten, sondern sich allenthalben noch sehr heilsam behaup-
 „teten Gerichtsgebrauchs nicht zu stören, noch stören zu lassen.“ —
 Omnia enim aliis legibus iam definita hac Transactione fundamentali
 denuo repetere plane superfluum fuisset. Quid? quod nimia festi-
 natio

⁵²⁾ *Rescript. Regiminale* de 19. Sept. 1778. ad intercessionem
 Delectus Ord. Prov. arctior. wegen des Grafen von Schmettau auf
 Langen - Oels.

natio temporisque brevitatis, qua omnia tractantur ac totum negotium erat finiendum, hoc propemodum impossibile faciebat.

§. XIV.

TRANSMISSIO ACTORVM LICET PETITA POTEST
DENEGARI.

Sola ergo petitio non sufficit, sed sufficientes ac graviores requiruntur rationes. Quae si manifeste frivolae sunt, et ad protractionem litis tendunt, nullo modo efficere possunt, ut Judex ad Transmissionem Actorum cogatur. Sicuti enim ille Terminum ad amicabilem compositionem non praefinet *in causis liquidis et claris*, si a parte quadam litigante ad protractionem litis fuisset petitus⁵³⁾, ita ex eadem ratione secundum analogiam Juris circa transmissionem Actorum idem obtinere debet. Hinc in causa summaria, moram non ferente, momentanae possessionis, aut si ex transmissione irreparabile oriretur damnum, Actorum transmissionem Judex denegare potest, quum

⁵³⁾ Ordin. Jud. Prov. Aul. P. II. Tit. XIV. §. „Wir befehlen, daß
„Unser Land- und Hofgerichte anfänglich in allen und jeden
„Sachen die Partheyen zur Verhör und gütlichen Handlungen, ehe
„dieselbigen zu rechtlichem Process verwiesen, ex officio vorbe-
„scheiden, auch sonst auf der Partheyen Anhalten
„und Bitte extraordinar Vorbescheide ausserhalb der Rechtstage
„anordnen soll, es wäre dann, daß solches in richtigen
„klaren und dergleichen Sachen nur zur Verzögerung
„und Aufenthalt geschehen und deswegen billig abgeschlagen
„würde.“



quam celerrimae sint cognitionis et executionis ⁵⁴). Ipsi Ordines Provinciales in Supplica de 12. Mart. 1799. declarant, absurdum fore, si in eiusmodi causis transmissio locum haberet. Sed et causae clarae, liquidae et quae sunt in confesso, merito huc referuntur. Quodsi igitur Debitor, qui instrumentum recognovit, debitum ipsum confessus est, exceptiones altioris indaginis opponit, Transmissionemque Actorum petit, Judex eam iuste denegabit; alias enim cavillationibus subdolisque litigatorum artibus ansam daret magno praejudicio alterius partis. Quam ob rem quam sapientissime Legibus nostris sancitum legimus ⁵⁵): „Würde auch der Debitor oder dessen Bürge, wanu „er der Obligation und Schuld geständig, fürgeben, das er dieselbige „Schuld, ganz oder zum Theil bezahlet, oder seine Gegenforderung „und andere Einrede für- und beyzubringen hätte, und deswegen „Commission ad liquidandum bitten, so soll er zwar damit gehöret, „und rechtlicher Ordnung nach procediret, *aber dadurch liquidum cum „illiquido wider Verordnung der Rechte nicht retardiret noch aufge- „halten, sondern der Debitor oder Bürge seines angegebenen, jedoch „noch unerwiesenen Vorgebens ungeachtet, zur Zahlung debiti liquidi „an Hauptsummen und richtigen Zinsen schleunig compelliret „und angehalten werden.*“ Cum hacce celeritate, quacum in eiusmodi causis summarie et extra ordinem procedi debet, nullo modo consistere potest Transmissio Actorum. Cancellaria Justitiae
tam

⁵⁴) In genere huc referuntur causae §. 385. n. 5. *Transact. noviss.* denominatae. cf. *Ord. Jud. Prov.* P. II. Tit. IV. et *Ord. Cancell. Gustrow.* P. II. Tit. IV. §. 3.

⁵⁵) *Ordinat. Jud. Prov. Aul.* P. II. Tit. IV. §. 1. und soll etc. *Ord. Cancell. Gustrow.* P. II. Tit. IV. §. 6.

tam Suerinensis quam Rostochiensis in his causis quoque secundum constantem praxin Transmissionem licet petitam denegavit. Quia autem ex Relatione Judici Provincialis Aulici dubium erat, an idem usus fori observaretur, huic Dicasterio sub dato 19. Septemb. 1778. rescribatur: „Und wie Wir nun die gleich nachstehenden Zeilen „in eurem vorbemeldeten Bericht — wofern die Sache nicht von „der Beschaffenheit, daß selbige keinen Verzug leidet — dahin „gnädigst deuten, daß ihr unter den keinen Verzug leidenden Sachen „die Causas liquidas et summarias mit verstanden habt, folglich ihr „von dem Gerichtsgebrauch Unserer beyden Justiz-Canzleyen bey „eurem Collegio in effectu nicht abweichet; So sollet ihr doch zum „Ueberflusse hierdurch noch erinnert seyn, zur Beobachtung eines „einförmigen Gerichtsgebrauchs bey Unseren sämmtlichen Landes- „gerichten, die Vorschrift des §. 399. des Landesvergleichs quoad „Transmissiones Actorum zum Abbruch Unserer vorher emanirten „expresse nicht aufgehobenen speciellen Verordnung bey eurem „Collegio nicht über Unsere Absicht hinaus in Anwendung bringen „zu lassen.“

§. XV.

CONTINVATUR.

Sed alia adhuc supereff quæstio olim aequè controversa, nunc autem nullis fere amplius dubiis obnoxia: an Transmissio Actorum locum inveniat iis in causis, in quibus ad cognoscendum et eventualiter decidendum causam Terminus praefigitur, partesque in Termino comparent? Distinguendum enim est, utrum causa ante Terminum ita sit instructa, ut sententia ferri queat, an non. Priori casu partibus

integrum est, vel *ante* Terminum, vel *in* Termino ipso Transmissionem Actorum petere, et Judices eam denegare nequeunt, *dummodo qualitas causae* (§. XIV.) *non obstat* ⁵⁶). *Post* Terminum autem mero Judicis arbitrio relictum est, an postulationi partium annuere velit, nec ne. Cancellariae Justitiae plerumque eam denegarunt, et quidem non inique, quum tentamini amicabile compositionis hoc quam maxime obstaret, et Judicem impediret, quo minus propositiones faciat congruas, et cum partibus argumenta ipsis contraria communicet. Omnes huc spectantes rationes continentur in sententia a Cancellaria Rostochiensis die 24. Jul. 1759. lata in causa des Drosts von Storch zu Hoppenrade contra von Wenkstern auf Vietgest in pto. praetensae possess. quo brevitatis studio me refero ⁵⁷).

Poste-

⁵⁶) Id quod semper subintelligendum esse arbitror.

⁵⁷) Decisio allegata omnino meretur, ut integra hic inferatur. Ita sonat: „Da das sonst erlaubte Gesuch pro transmissione zwar „tempestive, nicht aber alsdann, wenn Partes zum Verhör, zur „Cognition und rechtlichen Entscheidung der Sache in praefixo „termino vorgeladen, auch persönlich erschienen sind, Statt findet, „in welchem Falle der Unfug jenes petiti desto evidenter, als beym „Vorbefcheide und Versuch gütlicher Handlung die Aeufserung und „Bedeutung dessen, worin dieser oder jener Theil des Rechts „versehlet, mehrmals unvermeidlich, mithin ein offener „Misbrauch, wenn auf den letzten Augenblick in eadem causa, „und da man die abstimme Meinung der Canzley bemerket, re „vera eine Dcision zweyer Collegiorum zugleich praetendiret „werden wolle, als wird des Impetranten Begehren hiemit ver „worfen. V. R. W.“ — Summum Regimen quoque omnia haec principia approbavit, dum hac de re querenti sub dato Suerin 27.

Aug.

Posteriori vero casu, si forsan reus Duplicas nondum ad Acta exhibuerit, aut submitto ad sententiam non fuerit secuta, hinc definitive lis decidi nequit, sed ampliorem requirit discussionem, causaque amicabiliter non transacta per conclusum — Abschied — reo sub convenienti praeiudicio iniungitur, in Termino ordinis duplicare, quo facto praevia conclusione in causa praeviaque rotulatione ulterius pronuntiandum, quid iuris. Omnino igitur hoc casu post Terminum ad cognoscendum praefixum peti potest Actorum Amandatio. *Post Terminum Rotulationis Actorum* autem Actis iam ad referendum datis *regulariter* eam non amplius postulare licet, saltem iuste a Iudice denegatur. Sicuti igitur Iudicia plus iusto potestatem ac facultatem, ut mihi quidem videtur, extendebant suam, si in omnibus causis, in quibus Terminus ad cognoscendum fuerat praefixus, Transmissionem locum non habere contendebant, ita e contrario, si aliqualem meam opinionem aperire licet, Ordines Provinciales etiam a sua parte limites sunt egressi, si in omnibus causis, quae §. 385. n. 5. Transact. noviss. sunt designatae, semper petita transmissio sit concedenda, nec unquam a Iudice sit deneganda. Serenissimus Dux *Fridericus* p. m. totam controversiam Rescripto ad Cancellariam Suerinensem d. d. Suer. 31. Mart. 1779. ⁵⁸⁾ feliciter sopivit, dum dicto Dicasterio sequenti modo mandavit: „Diesemnach befehlen

F 2

„Wir

Aug. 1759. respondit: „dafs auf genomene Inspection der Acten, den daraus erhellenden Umständen nach, das Ansuchen nicht Statt habe, sondern hierdurch als unfüglich verworfen werde.“

cf. *Conclus. Commune Jud. Prov. Aul.* d. 15. Jul. 1780. quod legitur in *Dittmar* zweyt. Supplem. zum Spaldingischen Repertor. p. 203. seq. et v. *Kampz* Beiträge B. IV. p. 110.

⁵⁸⁾ cf. *Dittmar* erst. Suppl. p. 6.

„Wir euch hiemit gnädigst : In Fällen, da vor oder bey einem
 „Vorbefcheide die Verschickung der schon hinlänglich instruirten
 „Acten ausdrücklich von einem Theile gebeten wird, solche nicht
 „zu versagen, sondern wie in den hierneben zurückerfolgenden
 „Acten ganz recht von euch geschehen ist, durch den Abschied einen
 „Terminum zu Rotulirung der Acten (und zugleich zur Einreichung
 „der Transmissionskosten) zu berahmen, sodann aber sumtibus petentis
 „zu verschicken.“

§. XVI.

QVID INTUITU JUDICIORVM PATRIMONIALIVM
 OBTINET.

Omnia quae hucusque differuimus, quum *Dicasteria* concer-
 nant *Provincialia*, non possumus ante huic libello finem imponere,
 quam paucis quoque disquerere, quid de Transmissione Actorum in-
 tuitu *Judiciorum Patrimonialium* disponant Jura Patria. Extra
 omnem dubitationis aleam positum est, Judicia Patrimonialia non
 habere facultatem denegandi transmissionem a parte alterutra petitam.
 Quamvis enim Dominus praedii ac iurisdictionis — Guts- und Ge-
 richtsherr — etiam in causis se ipsum concernentibus, si per con-
 tractum eius Jurisdictio in eiusmodi casibus *expresse* sit agnita, Jus
 dicere queat, dummodo constituat Judicem omni suspitione caren-
 tem, nec *ex officio* Acta transmittere teneatur; *ad preces* partis litigan-
 tis tamen hoc fiat necesse est ⁵⁹⁾. Et certe partibus quam maxime sua-
 dendum est, ut semper Actorum transmissionem petant. Nam pro
 dolor! haud raro Dominus praedii in delegatione Judicii id negligit,
 quod

⁵⁹⁾ *Transacr. noviss.* §. 412. et 413.

quod neutrarum partium studium requirit, dum Judicem constituit, qui alias ipsi a consiliis esse solet, et a quo haud sperare licet, fore ut in neutram partem moveatur. In genere optandum esset, ut Judicia Patrimonialia *melius* et secundum praescriptum Transactionis fundamentalis ⁶⁰⁾ constituerentur — „Es sollen aber übrigs die „von der Ritter- und Landschaft schuldig seyn, ihr Gericht mit „tüchtigen Männern und einem geschwornen Actuario, oder einem „ad Acta vereydigten Notario, zu besetzen, und den Partheyen „gebührllich und unaufgehalten Recht widerfahren zu lassen.“ — Potissimum vero hoc necessarium mihi videtur, ut Jurisperitus quidam, qui iustitiam administret, iuramento obstringatur, et tanquam *Iustitarius* subjectis praesentetur, quippe qui merito scire debent, a quo iustitiae administrationem petere possunt. De modo constituendi et exercendi iudicia patrimonialia secundum Jura Patria non minus acute egit quam diserte Patruus meus *Joannes Jacobus Prehn* ⁶¹⁾ simulque §. 425. Transactionis noviss. prolixius uberiorque commentatus est, quare ad eum lectorem remittimus. Quia autem in novioribus temporibus disputatum fuit, an Judicia patrimonialia semper acta transmittere debeant in causis *criminalibus*, et an sub verbis: *einheimische Rechts-Collegia* etiam *Dicaasteria Provincialia* comprehendantur, per breviter adhuc videamus, quid hac de re sit statuendum. Lex fundamentalis ita disponit: „Acta in Ci- „vil- oder Criminal-Sachen, zu Urteilen, nie an Privat-Doctores, „sondern *in diesen* die Acten an einheimische oder auswärtige Rechts- „Col-

⁶⁰⁾ §. 425.

⁶¹⁾ in diff. de iurisdic. patrimoniali praesertim secundum Jura Mecklenburgica. Rosl. 1765. Sect. III. §. X.

„Collegia, in jenen aber, wann die Transmissio entweder gebeten,
 „oder ex officio erkannt wird, allezeit an Juristen-Facultäten zu ver-
 „schicken, so lieb einem jeden ist, die Avocation der Sache, und
 „nach Befinden ernstliche Strafe zu vermeiden.“ Primo expressis
 verbis prohibetur transmissio Actorum ad Doctores privatos, tam in
 causis civilibus, quam criminalibus, quod ante hanc Transactionem
 novissimam admodum erat in usu. Deinde vero probe a se in-
 vicem distinguuntur causae civiles et criminales, et quidem ita, ut
 in illis transmissio Actorum, sive sit petita, sive ex officio decreta
 semper fiat ad sic dictas Facultates Juridicas, in his vero scil. in cau-
 sis criminalibus ad domestica aut peregrina Actorum Collegia —
 an einheimische oder auswärtige Rechts-Collegia — Jam exoritur
 quaestio modo indicata I, an *Dicasteria patria* sint intelligenda sub
 denominatione *einheimische Rechtscollegia*? Judicium enim Auli-
 cum hoc negabat, et recusabat hac ex ratione Judicio Patrimoniali
 Stietenfi Informatorium ab eo in causa quadam criminali petum.
 Cetera Dicasteria e contrario non dubitabant, quin eiusmodi Infor-
 matoria darent Judiciis patrimonialibus exposulantibus. Et me qui-
 dem Judice optimo iure. Interea ad querelas Judicii patrimonialis
 Stietenfis in Comitibus haec controversia per Deputatos electos ex Actis
 Transact. noviss. praecedentibus — den Landesvergleichs-Unterhand-
 lungen — ulterius disquirebatur, et ex iisdem quam luculentissime
 elucere existimarunt Deputati, omnino id fuisse intentionem ambo-
 rum Compaciscentium, ut *Dicasteria provincialia* et quidem prae-
 cipue sub voce einheimische Rechts-Collegia essent comprehensa ⁶²⁾.

Inter

⁶²⁾ cf. Votum Deputationis in Betreff der Beschwerde des Stietenfchen
 Patrimonial-Gerichts wegen Deutung des §. 425. des Landes-
 Vergleichs.

Inter monita enim Ordinum provincialium ad hunc §. 425. rogabatur, ut ita conciperetur:

Acta in Criminal-Sachen zu Urteln nie an Privat-Doctores, sondern an *Unsere Landes-Gerichte* (welche in dem Fall nicht in Unsern Namen, sondern Namens Präsidenten, Vice-Präsidenten und Assessoren, oder Directoris, Vice-Directoris und Rätthen die Belehrungen abzufassen haben) oder an auswärtige Rechts-Collegia zu verschicken.

A parte Serenissimi Compaciscentis quidem hocce desiderium, quod parenthesis continet, declinebatur tanquam Stylo Curiae non conforme, sed ut temperamentur proponebatur:

— — würden Ser^{mus} nicht abschlagen, denen Gerichten zu befehlen in der Belehrung am Ende des Responsi zu setzen mit den Worten: *jedoch eurer Patrimonial-Jurisdiction unschädlich. V. R. W.*

Tandem vero convenerunt in formulam verborum uti nunc sonat. Nullum itaque remanere potest dubium, quin ambo Compaciscentes ab initio sub denominatione — quippe quod particula disjunctiva oder iam diserte exprimit, comprehendere voluerint Dicasteria Ducalia, quae et hodie Judicibus patrimonialibus absque ulla haesitatione Informatoria dare solent.

§. XVII.

CONTINVATUR.

Investigemus iam alterum quaestionis propositae membrum maioribus tricis difficultatibusque implicitum et involutum. Quaeritur autem II, An Judicia patrimonialia in causis *criminalibus* *semper* Acta

Acta transmittere obligentur, nec unquam *ipsa* sententiam ferre queant? Et huic quaestioni ansam dedit Judicium Patrimoniale Stietenense, quippe quod a Cancellaria Justitiae Suerinensi in causa quadam criminali pto. furti domestici Informatorium rogaverat, et quidem uti expresse tanquam rationem transmissionis allegabat ob disparitatem votorum membrorum Judicii delegati. Summum igitur hocce Dicasterium cum Informatorio simul Judicio patrimoniali respondebat, ut *in Causis criminalibus Acta semper essent transmittenda*, nec hoc Judicii Arbitrio relinqui posset. Qui enim non ignorat, quomodo plerumque Judicia patrimonialia constituuntur, facile concedet, in eiusmodi casibus Transmissionem omnino esse necessariam. Non solum Carolus V. in C. C. C. toties quoties hoc mandavit, sed et §. 425. Transact. noviss. expresse hoc sancivit: *Es sollen aber übrigens die von der Ritter- und Landschaft schuldig seyn - - - - in diesen scil. Criminal-Sachen die Acta an einheimische oder auswärtige Rechts-Collegia - - - - zu verschicken.* Quum vero ad querelas Judicis patrimonialis Stietenensis arctior Ordinum provincialium delectus pro eo apud summum Regimen intercederet, in Comitibus per Deputatos ordinum provincialium haecce quaestio amplius quidem est disquisita, sed tandem praevia Relatione Cancellariae Justitiae Suerinensis, Serenissimus Dux regnans sub dato Suer. 18. Mart. 1795. ad hasce querelas Ordinibus provincialibus rescripsit ⁶³⁾: ut

in

⁶³⁾ Rescriptum Serenissimi Ducis regnantis interpretationem §. 425.

Transact. noviss. concernens, verbotenus ita disponit: Friedrich Franz H. z. M. etc. Unsern gnädigsten Gruss zuvor. Edle, Veste, Ehrenveste, Ehrfame, liebe Getreue. In Verfolg Unserer vorläufigen Resolution v. 18. v. M. communiciren Wir euch den Bericht Unserer
hie-

in causis vere Criminalibus semper Acta sint transmittenda, in delictis autem levioribus, quae multa X Thalerorum aut Carcere VIII. dierum, aut XII. ictibus fustium secundum leges puniuntur, Judicio patri-

hiefigen Justiz-Canzley über die Deutung des §. 425. des Landes-Vergleichs zu Eurer Nachricht hieneben in Abschrift.

Wie es nun überhaupt keinen Zweifel leidet, das in wahren Criminal-Fällen von den Patrimonialgerichten die Acten verschicket werden müssen; so kommt nach reiflicher Erwägung alles nur darauf an, genauer zu bestimmen: was für minder erhebliche Vergehungen, in welchen das mindeste mit einem Rechtsgelehrten und zwey andren verständigen und gehörig beeidigten Männern, außer dem gleichfalls ad protocollum zu beeidigenden Actuario, vollständig besetzte Untergericht nach gehöriger Untersuchung, allenfalls ohne Einsendung der Acten an ein Justiz-Collegium selbst sprechen kann, zu halten sey.

Dahin mögen die Vergehungen gerechnet werden, welche höchstens mit zehn Thalern, oder mit Gefängnis auf acht Tage, oder nach Beschaffenheit der Person mit zwölf Peitschenhieben gesetzlich bestraft werden müssen. Zweifelt aber das besagte Untergericht, ob solche nicht härter bestraft werden müssen, oder ist das Verbrechen wichtiger, so das es, wenn der Thäter nach untersuchter Sache schuldig befunden werden sollte, schärfere Strafe an Ehre, an Leibe oder an seinem Vermögen erleiden müßte; so liegt in allen Fällen ohne Unterschied dem Untergerichte ob, die Sachen an ein Landes-Justiz-Collegium zur Belehrung oder Entscheidung einzufenden.

Weiter kann hierunter auf eure Vorstellung vom 9. Oct. v. J. nicht gegangen werden, und Wir wollen hieneben eure Erklärung zum Zweck weiterer Verordnung in Gnaden, womit Wir euch gewogen verbleiben, erwarten. Gegeben etc.

G



patrimoniali legitime constituto permissum sit, absque Transmissione Jus dicendi. Quodsi autem Judicium hocce inferius dubitat, et sibi ipsi diffidet, anne delicta graviorem mereantur poenam, aut si delictum adest tam grave, ut auctores delicti, qui causa cognita convincerentur, poenam graviorem sustinere deberent, in omnibus causis absque ulla exceptione aut distinctione Acta semper ad Dicastria provincialia transmittere tenetur Judicium. Tantum vero abest, ut hocce Rescripto tota controversia definitive sit decisa, ut potius Ordinum provincialium explicatio eum in finem sit reservata, ut deinde sequi possit ulterior decisio. Sed an Ordines provinciales hacce Resolutione Ducali acquieverint, aut desideratam expositionem exhibuerint, aut his a Serenissimo alio modo sopita sit, exquirere prorsus mihi fuit impossibile.

§. XVIII.

CONCLUSIO.

Supra quidem (§. IV.) iam de iure excipiendi Academias egimus; hic vero paucis addere placet, quid Jure patrio hac de re sit statutum. Nota est Constitutio Ducis *Gustavi Adolphi* p. m. d. d. Gustrow. 2. Mart. 1669. ⁶⁴⁾ qui etiam valde conqueritur super abusu exceptionum. „Nachdem mahl die Erfahrung bezeuget, welcher gestalt „sich die Partheyen, bey Verschickung der ergangene Acten, dero „Jahren erlaubten Exception einer oder mehr Juristen-Facultäten uff „den Academien, dermassen misbrauchen, das sie nicht allein, ohn „erhebliche Ursachen die negstlegene Academien, sondern auch durch „Jhre bestellte Anwalde in solcher Menge zu eximiren, und auszu- neh-


⁶⁴⁾ *Neue Sammlung Mecklenb. Landes-Gesetze. T. II. nr. I.*


„nehmen pflegen, das fast wenig oder doch diejenigen allein übrig
 „bleiben, welche uff viele Meilen Weges und eine weite Reise von
 „binnen entlegen seyn, und mit der Partheyen desto höher Unkosten
 „die Acta dahin fortgeschickt werden müssen.“ Quam ob rem huic
 „abusui obicem ponere voluit, ac saluberrime fancivit, ut *duas*
 „Academias ad summum excipere liceret. — „Dafs wir demnach
 „solchen Unheil und bishero hervorgethanenen inconvenientien abzu-
 „helffen, und demselben zu begegnen, hiemit und Kraft dieses ver-
 „ordnen, *dafs nun und hinsühro, bey Verschickung der Acten*
 „*jeder Parthey nicht mehr, denn höchstens zwey Academien zu*
 „*eximiren gegönnet seyn soll.*“ — Quodsi autem una alterave pars
 „plus quam *duas* excipere sibi arrogaret, Judici permittitur, Acta
 „transmittere ad Academiam plus iusto exceptam — „Würde sich
 „aber ein oder ander Theil dieser Verordnung zuwider ein mehreres
 „auszunehmen gelüsten lassen, *soll nichts deminder Unser Canzley*
 „*bevor und freystehen, die Acta auf die, über die zugelassene Anzahl,*
 „*benannten Academien zu verschicken,* und von dannen die Urtheln
 „einholen zu lassen.“ — Sed hoc pro dolor! non strenue observa-
 „tur, potius ex usu fori generali in omnibus Judiciis praeter Cancellaria
 „Rostochiensis tam superioribus, quam inferioribus hodie tres
 „Academias excipere conceditur. Id quod certe ex perversa interpreta-
 „tione Conclufi Communis Jud. Aul. de 20. April. 1762. ⁶⁵⁾ ortum
 „suum traxit. Licet enim totus contextus huius Conclufi Communis
 „luculenter docet, ut Judicium provinciale Aulicum magno abusui
 „obviam ire voluerit, tamen verba finalia opinioni fere universali ansam
 „dederunt, ut hodie quasi optimo iure contra tres Academias excipere
 „fit permissum. Interea Conclufum hoc non nisi per modum *Excep-*
 „*tionis*


⁶⁵⁾ *Ibid.* Nro. LXXII. cl. 11. nr. XVI.





tionis — befindenden Umständen nach — concedit. Sed redeamus ad Constitutionem nostram, qua etiam hoc cavetur, ut partes Judice hoc desiderante indicare debeant, a quanam Academia Responſa Juris petierint ac acceperint. — „Würde von einem oder beyden Theilen begehret werden, ſich bey der Rotulation zu erklären, an was hohen Schulen er Informationes einholen laſſen, ſoll ſolches aufrichtig, und wo nöthig, eigentlich ein jeder zu entdecken ſchuldig feyn. Quod apud nos quidem non eſt in uſu, ſed uti mihi videtur, nil obſtat, quo minus Dicaſteria hoc rurfus introducere poſſint.














— befindenden Umständen nach — concedit. Sed redeamus
 litutionem nostram, qua etiam hoc cavetur, ut partes Judge
 derante indicare debeant, a quam Academia Responſa Juris
 ac acceperint. — „Würde von einem oder beyden Theilen
 t werden, ſich bey der Rotulation zu erklären, an was hohen
 er Informationes einholen laſſen, ſoll ſolches aufrichtig, und
 hig, eigentlich ein jeder zu entdecken ſchuldig feyn. Quod
 s quidem non eſt in uſu, ſed uti mihi videtur, nil obſtat, quo
 Dicaſteria hoc rurfus introducere poſſint.



mage Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 038

mm 0 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200

inches 0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

4.5 3.0 1.5

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

UR Rostock 05/15/00

the scale towards document